



IRI

Ad me Ioannē Cincinnū Lippien.

ABSOLV

tissimus de octo oratiōis partiū
 Constructione libellus, nec mi-
 nus eruditione pueris utilis
 futurus, q̄ compendio &
 perspicuitate cōmodus,
 ac iucundus, nuperri-
 me uigilātissima cu-
 ra recognitus, &
 in nostra offi-

Anno d: cina sum, .1521.
 ma dili-
 gentia excusus, Basileæ.

Pro Io. Erasmo Frobenio Io. fi-
 lio. M. D. XVII.

Cōstabat. 8. hat zotf.

IOANNES COLETVS DECANVS SANCTI
PAVLI GVLIELMO LILIO, AD DI-
VVM PAVLVM LVDI MODE-
RATORI PRIMARIO. S. D.



AVD aliter mihi uideor affectus in nouā
hanc Scholam nostrā, Lili charissime, quā
in unicum filium pater, in quem non solū
gaudet uniuersam suam substāciam transfundere, uerum etiam sua uiscera, si liceat, cupit impartiri. Nam, ut huic est parum genuisse, nisi eundem diligenti educatione ad bonā frugem prouexerit, ita meo animo non satis est, quod ludum hunc institui, hoc est, genui, quodq; in sumpto patrimonio uniuerso, uiuus etiam ac superstes solidam hæreditatem cessi, nisi modis omnibus dem operam, ut pijs moribus & bonis literis diligenter educatus, ad maturam frugem adolescat. Proinde libellum hunc, de constructione octo partium orationis, ad te mitto, pusillum quidem, sed non pusillum utilitatis allaturum nostræ publi, si diligenter abs te fuerit traditus. Scis in præceptis breuitatem placere Flacco, cuius sententiam & ipse uehementer approbo. Porro, si qua præterea erūt digna cognitu, tuarum partium erit, ut incident, in prælegendis autoribus adnotare.

Bene Vale. Domi nostræ.
M. D. XIII.



PSA re comperio uerum esse, quod olim
Græcorum prouerbio dictū est, *ἔννοί ἄκαι-
ροσ ὀυδ' ἐμ' ἔχθρας διαφέρει.* Video passim exo-
riri, mei nominis & q̄ ipse uelim studiosio-
res, qui libros mihi asserūt, quos aut nō scripsi, aut cer-
te nō in hoc scripsi, ut æderentur. Vetus hic mos studi-
osorum hominum, ut om̄es animi affectus, chartis seu
fidis, ut ait Flaccus, sodalib⁹ cōmittant. Neq; protinus
euulgari uelimus, quicquid cū amiculo congerrone uel
stomachamur, uel nugamur. *Æ* diderunt epigrāmata,
a me quidem scripta (nō inficior) sed nō in hoc scripta.
Ea (sicuti conijcio) famulus suffuratus, typographis uē-
didit. Alius quispiā, ex pauculis paginis, h̄sq; depraua-
tissime scriptis, uelut ex opere ædito, dictu mirum, quā
multa citet & inculcet de ratione conscribendarum epi-
stolarū. Et ut de cæteris minutioribus fileā, nuper hūc
περὶ συντάξεως libellum, mihi ueluti postliminio uindica-
runt, primitus nullius æditum titulo. Quærebat Ioan-
nes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouæ
scholæ suæ nouū de cōstructiōe libellū, qui simul & cō-
pendio pueris cōmēdaret & perspicuitate. Eum huius
iussu, scripserat Gulielm⁹ Lilius, uir utriusq; literaturæ
haud uulgariter perit⁹, & mirus recte instituēdæ pubis
a ḡ artifex

artifex. Absolutum ab illo mihi tradidit, imo obtrusit emendandū. Quid em̄ facerē, cum uir ille rogandi finem non faceret, tam amicus, ut nefas esse ducerem, quicquā negare precanti, tantæ uero autoritatis sic de me meritis, ut suo iure quiduis etiam imperare posset Erasmo? Quoniam autem sic emendaram, ut pleraq; mutarim. Nam id mihi uidebam esse facilius, nec Lilius, ut est nimia quadam modestia præditus, passus est librum suo uulgarî nomine, nec ego iudicauî mei candoris esse, usurpare mihi, in quo quicq; esset alienum. Proinde magnopere sum interminatus, cuiusuis titulum ascriberēt, modo ne meū. Itaq; recusante utroq; libellus ἀνώγουµοσ̄ prodijt, Coleti duntaxat præfaciuncula commendatus. Quem quidem libellum in præsentia, nec laudaturus sum, ne cui uidear arrogantior, nec uituperaturus, ne parum candidus habear. Verū hæc præfari uisum est, ne posthac quisq; ut meum amplectatur, quod ipse præfaciuncula mihi non assero. Plus satis erratorum & in ijs quæ publicantur a nobis ut nemo alius ædat, quæ uel nō scripsimus, uel non emendauimus. Bene uale
lector amice.

BASILEAE III. CALENDAS

AVGVSTI.

M.

D.

XV

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Nominatiuus anteuerbum.



QMNE uerbum antecedit nominatiuus agē
tis seu patientis eiusdem numeri, & perso-
næ, ut.

Ego doleo. Tu gaudes.
Illi rident. Nos fallimur.

Appendix. I.

Prima & secunda persona ferme non explicantur, ni
si discretionis aut Emphasis causa, ut
Nos accusauimus. Vos damnastis.
Tu audes ista loqui?

Discretio
Emphasis.

Appendix. II.

Aliquoties orationis pars nominatiui uice ponitur,
ut. Dolet mihi, quod res non cesserint tibi ex sententia.
Item uerbum infinitum, ut, mentiri non est meum.

Appendix. III.

Cum plures nominatiui ad idem uerbum referun-
tur, adhuncfere modum efferuntur.

Syllepsis

Pater & praeceptor accersunt te.

Ego & tu sumus in tuto.

Tu & pater estis in periculo.

Ego cæteri q; cognati periclitamur.

Appendix. IIII.

Quæ per se multitudinem significant, aliquando nu-
a iij mero

DE CONSTRUCTIONE VERBI

mero discrepant, ut, Pars abiere.

Exceptio prima.

Actiuae uocis. Excipies impersonalia quæ nullū ante se casum habēt.
Passiuae uocis. Tedet, piget, pœnitet, uiuitur, statur.
Tanq̄ impersonalia. Item tanq̄ impersonalia, ut luceſcit, dieſcit, nocteſcit.
uesperascit, diluxit, pluit, ningit, grandinat.
Quæ exponuntur per uerbum fit, & est.
Item hæc, fieri potest, ut fallar.
Fieri solet, fere fit. Male sit. Bene sit.
Nam in bene habet, subauditur res.

Exceptio secunda.

Verba infiniti modi pro nominatiuo accusatiuū habent ut gaudeo patrē recte ualere, id est gaudeo, quod pater recte ualeat.

Utrinq; nominatiuus.

Est. Quædam utrinq; nominandi casum asciscunt, ut
Deus est summum bonum.
Videtur. Hic nummus uidetur adulterinus.
Habetur. Aristoteles habetur doctissimus.
Vocatur. Perpusilli uocantur nani. Studes pronus.
Et nomina gestus. Dormis supinus. Incedis rectus.

Infinitum uarians.

Infinitum quoq; utrinq; nominatiuum habet accedentibus uerbis optandi, ut
Petrus studet uideri diues.

Malim

CVM NOMINATIVO.

Malim esse diues q̄z haberi.

At quoties accusatiuus antecessit, & sequatur necessesse est, ut, Malim me diuitem esse, q̄z haberi.

Quædam uarijs modis efferuntur, ut

Non licet Athenis esse probos.

Et nõ licet esse probis.

Et tutumq; putauit iam bonus esse socer.

Lucanus.

Non uacat esse ægrotum. Non uacat esse ægroto.

Non uacat esse ægrotus.

Quantq; postremum hoc rarius est.

Genitiuus post uerbum.

Sum genitiuum postulat, quoties significat possessionem, ut hæc uestis est patris.

Ordo I.

Aut ad aliquid pertinere, ut regum est tueri leges.

Prudentis est multa dissimulare.

Non est nostræ factionis.

Non est mearum uirium.

Non est huius loci atq; temporis.

Appendix.

Item hæc duo impersonalia, interest, & refert

Non tam interest regis, q̄z totius rei publicæ.

Refert omnium, animaduerti in malos.

Exceptio.

Hos tamen ablatiuos postulant. Mea, tua, sua, nostra, uestra.

Minus

CVM NOMINATIVO: 23

Minus interest mea q̄ tua.

Nostra nihil refert.

Quibus interdum adiunguntur & hi genitiui.

Vnius. Non tua unius refert, sed nostra omnium.
Ipsius. Tua ipsius refert. Tua solius interest.
Solius. Mea refert de uita periclitantis.
& genitiui.
quicquidiorū.

Appendix.

Adduntur & hi genitiui. Tanti, quanti, quanticunq̄, tantidem. Nam cætera huiusmodi adduntur per aduerbium. Magni tua refert

Minus mea refert, q̄ tua.

Maximopere refert.

Nihil interest. Plurimum refert.

Æstimandi.

Ordo II. Verba æstimandi genitiuis gaudent, ut,

Parui ducitur probitas.

Plurimi fit pecunia.

Tanti eris alijs, quanti tibi fueris.

Maximi penditur nobilitas.

Nihili uel pro nihilo penditur.

Nihili uel pro nihilo habentur literæ.

Nauci, flocci, pili, huius non facio.

Assis non facio. Teruncij non facio.

Singulare est illud. Equi boni consulo, id est in bonam accipio partem.

Vendendi.

Vendo.

Vendo, Reuendo, addico.

Distraho, diuendo.

Venundo, ueneo, prosto.

Aestimo, indico, inscribo.

Liceor, licitor, licere. Loco, conduco.

Emo, coemo, Redimo, Mercor, commercor.

Constat, ualet.

— Hæc uerba hos duntaxat genitiuos exigunt:

Tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanti
cunq;, pluris, & minoris.

— Si non addantur substantiua.

— Nam cætera pretij uocabula uel in ablatiuo, uel p ad/
uerbium apponuntur, ut

Minoris reuendes q̄ emeris.

Pluris conducis q̄ emi poterat.

Quanticunq; locabis, præstiterat uendidisse.

— Hodie boues pluris licebant q̄ homines.

Miror tantas ædes tam paruo inscriptas.

Paulo, Magno, Nimio, Minimo, Plurimo.

Vili, Duplo, Dimidio reuendes.

Asse emi, Tantidem tibi sum traditurus.

Teruncio seu uitiosa nuce non emerim.

Nihilo constat, Perchare locauit equum.

Charius emitur oleum q̄ uinum.

Charissime constat quod precibus emptum est.

Gratis locat ædes. At magno pascit.

Appendix.

b Quin

DE CONSTRUCTIONE VERBI

— Quin & quibuslibet uerbis, precij nomen aut aduer-
bium apponitur ad hanc formam.
Magno pransi sumus, pluris cœnaturi.
Non minoris docet q̄ talento.
Hic magno etiam tacet.
Nimio, Minimo, Paulo uiuitur Londini.
Care bibit. Sed carius cacat Bassus.
Nec salutat gratis.

Accusandi.

Ordo III. Verba accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia
genitiuum asciscunt, qui crimen significet, ut
Accersitus est capitis.
Detulit fratrem læsæ maiestatis.
Postulatus est repetundarum, siue de repetundis.
Accusauit male gestæ rei, malæ obitæ legationis.
Egit cum nouerca iniuriarum.
Condemnatus est peculatus. Reum egit paricidij.
Damnauit incestus. Hic furti se alligat.
Criminatus est adulterij, cum plagij teneretur.
Arguit te mendacij. Reuicit periurij.
Incusat negligentia. Appellatus est ueneficij.
Insimulas herum auaritiæ. Sugillas parsimonia.
Notas libidinis, seu de libidine.
Infamas incitiæ. Traducis luxuriæ.
Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia.
Taxas ambitionis. Calumniaris maleficij.
Ad monuit

CVM GENITIVO.

Admonuit me errati. Commonuit te promissi.
Commonefecit te debiti.

Singulare est.

Expostulauit mecum de non missis ad se literis.

Appendix.

Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur
ablatiuus addita fere præpositione.

Vtrum ambitus accusas, an sacrilegij, an utroq; siue de
utroq; De plurimis simul accusaris.

Miseret, & cætera.

Miseret, miserescit me tui.

Piget te laboris. Multos uitæ tedet.

Non te pudet uanitatis?

Nostri nosmet pœnitet.

Hæc genitiuum habent cū accusatiuo, nisi dicamus.

Puditum est consilij.

Misertum est uirginis.

Pertesum est coniugij.

Appendix.

Sed impersonalibus loco genitiui, potest addi uer-
bum infinitum.

Tedet me uitæ. Tedet me uiuere.

Piget militia. Piget militare.

Variantia quædam.

Hæc uariam habent constructionem.

Misereor tui uel tibi.

Ordo V.

Ordo VI.

b ij Meminit

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Meminit tui, uel de te, id est, mentionem fecit.

Memini pro recordor, plarunq; accusatiuo iungitur.

Obliuiscor, Recordor, Reminiscor, Recolo,
tui uel te.

Venit in mentem eius diei, id est, recordor.

Vel. Venit in mentem ille dies.

Potitus est rerum, id est, uicit.

Et potitus est amica, id est, assecutus est.

Eget tui uel te. Indiget auxiliij uel auxilio.

Significantia aliquid fieri in loco.

Ord. VII.

Omne uerbū admittit genitiuum proprij nominis si-
gnificantem locum in quo fit actio.

Vixit Romæ. Studuit Oxoniæ.

Natus est Londini.

Pro proprijs usurpantur hæc appellatiua.

Humi, Domi, Militiæ, Belli, Iacet humi.

Domi belliq; simul uiuimus.

Domi meæ, nostræ, tuæ, suæ, uestræ, alienæ.

Nec alia admittit adiectiua. Nam domi paternæ non
recte dicitur, sed in domo paterna.

Ruri in datiuo, siue rure in ablatiuo, uerbis ijsdem ad-
iungitur, Ruri educatus est.

Exceptio.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut terciæ
declinationis, in ablatiuo ponuntur.

Nupsit Athenis. Militauit Carthagine.

Infrequens

CVM DATIVO.

— Infrequens est his addere præpositionem.

Cum essem in Mediolano, quæ semper additur nominibus locorum maiorum, & appellatiuis.

Cum essem in Italia. Cum agerem in suburbano.

Datiuus post uerbum.

Quoduis uerbū acquisitiue positum exigit datiuū, ut Ordo I.

Non omnibus dormio. Huic habeo, non tibi.

Mihi istic nec feritur, nec metitur.

Mihi peccat si quid peccat.

Omnibus sapit, sibi uni non sapit.

Acquisitiua.

Præcipue tamen huius ordinis sunt, quæ commodum aut incommodum significant. Ordo II.

Do mutuo seu mutuuum. Do commodato.

Mutuo, scenero, largior.

Confero tibi, & confero in te.

Præstare pro dare & pro exhibere, ut præstare fidem, præstare pacta.

Dono tibi hoc munus, & dono te hoc munere.

Impartiam tibi fortunas meas, & Impartiam te fortunis meis.

Asperit tibi labem, & asperit te labe.

Instrauit equo penulam, & instrauit equum penula.

Debet tibi uitam.

Suam eruditionem tibi acceptam fert.

Satisfacio, soluo, resoluo, rescribo, renumero.

b iij Numero

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Numero pro soluo, remetior, pendo, rependo.
Refero, repono, pro reddo, respondeo pro satisfacio.
Nuncq̄ tuis meritis est responsurus.
Commodo pro prosum. Incommodo pro noceo
Non potest mihi nec commodare, nec incommodare.
Opitulor, prosum, auxiliior, supposito pro submini/
stro, suggero.
Succurro, subuenio, adminiculator, patrocinor.
Suffragor, Adsum, faueo.
Beneuolo. Bene cupio.
Medeor tibi, & medebor tuo dolori.
Medicor te uel tibi.
Conducit, confert tibi, id est, utile est.
Conducit huic rei, siue conducit ad hanc rem.
Consulo tibi, Do consilium.
Consule rebus tuis, id est, prospice.
Consulis me, id est, consilium a me petis. Sibi cauit.
Metuo, timeo, formido tibi, id est sum sollicitus pro te
Metuo te, id est, timeo ne mihi noceas. Coniungitur
uterq; casus.
Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

Imperandi & nunciandi.

Ordo III. Ad hæc quæ imperandi & nunciandi significationē
habent. Iubeo te abire, iubeo tibi ut abeas.

Impero, præcipio.

Præeo, ut Iudicibus præire conatur.

Præscribere

CVM DATIVO

Præscribere leges uictis.

Dicta mihi iusiurandum.

Edico tibi miles, mando, committo.

Delegauit mihi suam uicem. Indixit mihi bellum.

Designa, constitue, præstitue, condicito, præfige mihi diem ac locum. Tempero tibi & te, id est rego.

Moderatur animo, iræ, & moderatur principem.

Nunciandi.

Dico tibi. Scribo tibi & ad te. Loquor.

Recenseo, narro, expono, explano, explico.

Aperio, Indico, Demonstro, Commonstro.

Refero, id est, narro. Retulit ad senatum, id est, proposuit in senatu.

Obsequij & repugnantia.

Quæ ad obsequium siue repugnantiam pertinent.

Ordo III,

Morigeror, morem gero.

Obsequor, obsecundo, obseruio. Seruire tempori.

Inseruit suis commodis.

Subseruio, Supparasitor, Ancillor, Assentor, Adulor.

Palpor, Obedio, Milito, Pareo.

Ausculdo tibi, id est, obedio.

Ausculdo te, id est audio. Audiens dicto.

Obtempero, Cedo, Concedo.

Consentio tibi siue tecum.

Assentio siue assentior tibi.

Dissentio tibi siue abs te.

Subscribo

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Subscribo tuo iudicio, Suffragor, Astipulor.
Accedo tibi, siue tuæ sententiæ, id est, approbo.
Hoc accessit meis malis, siue ad mea mala, id est, addi-
tum est. Accedit huc, Accedit his, & Accedit ad hæc.
Conuenit mihi tecum. Constat hoc nobis, siue
inter nos.

Repugnantia

Refragor, obsto, oblisto, obstrepo, resisto, repugno, re-
luctor, reclamo, officio, occurro, obuiam eo, obuiam fa-
ctus est mihi.
Aduersor, dissideo tibi siue tecum.
Contendo tibi siue tecum.
Hoc abs te contendo, id est, uehementer peto.
Certat illi, siue cum illo.
Noli pugnare duobus, græce magis q̄ latine dixit Ca-
tullus, pro cum duobus.

Relatiua.

Ordo V.

Verba quæ relationē & respectū habent ad aliquid.
Quæ huic est coniunx, tibi nurus est.
Platoni corpus est uox, id est, iuxta Platonis sententiā
Aristoteli spongiæ sentiunt.

Relatiua per compositionem.

Huiusmodi ferme sunt composita cum his præpositio-
nibus, Præ, Ad, Con, Sub, Ante, Post, Ob, In, & In-
ter.

Præ.

Ego meis

CVM DATIVO.

Ego meis præluxi maioribus. Præpollet omnibus.
Prænitet, præminet, præstat omnibus, siue omnes.
Præcellit omnibus uel omnes.
Præbabit mihi. Præripuit illi.
Præeo pro uinco, præcedo, præcurro, præuertor, præuenio, accusatiuum exigunt.

Ad.

Admolitus est illi manum. Admoueo.
Accubuit, assedit mihi. Adiacet Aegypto.
Aduolutus est genibus. Affulsit mihi spes.
Arrisit matri. Acclamabant dicenti.
Appressit pectori codicem.
Adegit gladium pectori. Affigo.
Adhæreo, adhærescit, adlubescit.

Con.

Conuixit nobis. Commigrauit huic uicinæ.
Commori tibi cupio, siue tecum.
Colludo tibi, uel tecum.

Sub.

Subiacent fortunæ. Succedo. Subijcio.
Subest. Subolet patri.

Ante.

Antestat, Antepono, Antefero te omnibus.
Antecedit, anteuertit, antecellit omnibus uel omnes.
Ante te, non tibi.

c Post

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Post.

Posthabeo, postpono famam pecuniæ.

Ob.

Obgannit nobis, occinit, obturbat.

Oppono, obijcio, oppedo, obmurmuro.

In.

Indormis faccis. Inuigilas chartis.

Immoraris, immoreris, insudas studijs.

Insides saxo, Illudo tibi. Insulto.

Inniteris arundini. Nitior quoq; simplex.

Nititur suis uiribus. Imminet capiti, Impendet omni-
bus periculum. Incessit mihi cupiditas.

Inest illi uel in illo. Incidit mihi lis cum nebulone.

Intermiscet uera falsis. Interferit. Interijcit. Inter-
fuit conuiuio. Interuenit colloquio.

Contingentiæ.

Cōtingit mihi, Accidit, euenit, usu uenit, obtigit, cessit,
successit, obuenit, uertit, cecidit.

Confidendi.

Fido, confido, credo, fidem habeo, fidem facio, fidem
do. Polliceor, Spondeo, Nubo.

Item hæc. Liqueat, uacat, placet, displicet, dolet, licet.

Succenseo, indignor, minor.

Datiui aduerbiales.

Appendix.

Adduntur & hi datiui aduerbiales.

Tempori

Tempori surgendum. Vesperi uenit.

Luci occidit hominem.

Verbis aliquoties datiuus festiuitatis, id est iucūditatis gratia adiungitur.

Suo sibi hunc iugulo gladio.

Gemini datiuus

Est pro habeo. Est tibi mater. Non est tibi quod agas.

Et intercedit mihi cum illo familiaritas.

Nonnunquā geminos habet datiuos.

Non sit tibi curæ. Item hæc.

An id tibi studio habet?

Hoc tu tibi laudi ducis.

Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis?

Dedit mihi uestem pignori, dono, mutuo.

Dedit mihi pecuniam sc̄nori.

Accusatiuus post uerbum.

Verba transitiuua cuiuscunq; generis, exigunt accusatiuum significantem id quod patitur, ut Ordo L.

Saluta patrem. Numeras arenam. Bibis uinum.

Loqueris mendacium. Osculatur uxorem.

Tedet, piget, pudet, pc̄nitet, miseret me tui.

Decet te. Non decet senem. Dedecet uirginem impudentia. Antiqui dicebant, & Decet tibi.

Duo accusatiui.

Sunt quæ geminum admittunt accusatiuum.

Docuit me literas. Dedocebo te istos mores.

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Poposcit me mutuum.

Rogat, orat, flagitat, exorat te ueniam.

Postulo, flagito, peto abs te hanc rem, frequentius, q̄, te
sine præpositione.

Exuo, induo, uestio, calceo, cingo posteriorem, hoc est,
accusatiuum rei, sæpius mutant in ablatiuum.

Exiit se chlamydem siue chlamyde.

Accinxit se gladio.

Accusatiuus rei & personæ.

Quædam utrumuis admittunt, rei seu personæ, uicit te
& uicit litem.

Excusat se, & excusat ualetudinem.

Accusat te, & accusat tuam negligentiam.

Motus ad locum.

Ordo II. Quæ significant motum ad locum aliquem, accusati
uum postulant nominis proprii citra præpositionem.

Eo Romam.

Rediit Athenas. Nauigauit Carthaginem.

Item hæc. Confero me domum.

Recipio me rus.

Nam appellatiuis, siue maiorum locorum uocabulis,
fere præpositio additur.

Profectus est in Hispaniam.

Reuersus est in prouinciam. Abiit in forum.

Spacium temporis.

Ordo III. Quibuslibet uerbis apponitur accusatiuus significans
spacium

CVM ACCVSATIVO:

spacium temporis.

Potauit totam noctem.

Hic totum desedi diem.

Viginti annos natus est.

Iam sæculum te operimur.

Appendix.

Quantū hic aliquoties in ablatiuum uertitur.

Comoratus est apud nos tribus horis, seu tres horas.

Appendix.

At quoties non spacium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantum apponitur.

Nocte uigilas. Luce dormis.

Aestate domi desides. Hyeme nauigas.

Superioribus diebus ad te scripsi.

Anno proximo te uisam.

Significatur autem species, cum interrogatio fit per quando.

Vt, quando uenies? Hora tertia.

Spacium uero, cum fit interrogatio per quādiu.

Vt, quamdiu uigilasti? duas horas.

Spacium loci.

Quibusdam & loci spacium eodē modo apponitur. Ordo III.

Iam mille passus processerant.

Patet in longum quingenta stadia.

Latum culmum. Latum unguem. Latum digitum.

c iij Pedem

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Pedem hinc ne discefferis.

Abest ab urbe sesquimiliarium.

Quanc̄ hic quoq; nonnunc̄ uertitur in ablatiuum.

Abest a continenti quingentis passuum milibus.

Reciprocus accusatiuus.

Ordo V. Quodlibet uerbum quantumuis intransitiuum admittit accusatiuū nominis significantis eundē actū, ut

Quam hic uitam uiuistis?

Endymionis somnum dormis.

Huius generis sunt illa. Longum nauigauit iter.

Hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

Accusatiuus per figuram.

Item illa, Resipit, sapit aduersionem.

Olet lucernam, hircum. Olet unguenta.

Spirat Italiam. Vox non sonat hominem.

Vineta crepat mera.

Viuent bacchanalia. Viuit Cynicum.

Et quæ ponuntur aduerbiorū loco. Furit indomitū.

Dulce sonat, Toruum tuetur, id est, indomite,

dulciter, torue.

Ablatiuus post uerbum.

Ordo I. Quoduis uerbum admittit ablatiuum significantem qualecunq; instrumentum aut modum actionis.

Exemplum instrumenti.

Petijt me saxo. Cæcidit loris. Enecas odio.

Refellis

CVM ABLATIVO.

Refellis argumentis. Vincit sapientia.

Conciliauit humanitate multos.

Concordia res paruae crescunt,

Discordia maximae dilabuntur, id est, per discordiam.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.

Summa eloquentia causam egit.

Hic tamen apponitur aliquoties praepositio, cum.

Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nam instrumentis non apponitur. Non enim recte dicitur,

Scribit cum calamo.

Appendix.

His finitima sunt quae ad Synecdochen ptinent.

Aegrotat animo magis quam corpore.

Discruciat animo.

Candet dentibus. Rubet capillis, id est, secundum animum, corpus, capillos.

Poetae dicunt per accusatiuum. Languet animum,

Rubet faciem. Canet capillos.

Comparatiua.

Quae uim obtinent comparationis, admittunt ablatiuum significantem mensuram. Ordo II.

Multo praestat cauere quam admittere.

Multis, infinitis partibus te uincit. Duplo superat.

Nimio excellit, antecedit.

Motus

DE CONSTRUCTIONE VERBI

Motus a loco.

Ordo III. Quæ significant motum a loco, siue per locum, eadē nomina admittunt in ablatiuo, quæ in genitiuo apponebantur cum significabatur quies in loco.

Discessit Londino.

Rure reuersus est.

Louanio sum facturus iter.

Apponitur semper præpositio per, appellatiuis regionum nominibus.

Per Italiam eundum est Græciam petenti.

Per forum ibis.

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales.

Hac eundum est, illac, istac. Qua pro aliqua parte seu uia, ut si qua licebit effugere.

Et relatiue. Qua spectat Aegyptum.

Ablatiuus absolutus.

Ordo IIII. Quibuslibet uerbis additur ablatiuus absolute sumptus. Me dormiente tu bibis.

Hoc me uiuo non facies.

Hæc fiunt te rege, te consule, te pontifice.

Te impulsore feci.

Lilio præceptore, tantus hic euasit.

Implendi, onerandi.

Ordo V. Verba implendi, onerandi, & his diuersa.

Satio, saturo, expleo te fabulis.

Ingurgitauit se cibo.

Obruit se uino.

Oncras

CVM ABLATIVO.

Oneras stomachum cibo.

Leuabo te hoc onere.

Exonerabo te nummis.

Nudauit, exiit, spoliauit me bonis omnibus.

Emunxit senes argento.

Prosequor, afficio.

Item prosequor & afficio.

Afficit me iniuria, damno, honore.

Ordo VI.

Prosequor te odio, amore, beniuolentia.

Pluit lapidibus, lacte, sanguine, siue lapides, lac, sanguinem.

Mereor bene seu male.

Bene mereor & male, peius, melius, optime, pessime, Ord. VII.
interueniente præpositione asciscunt auferendi casum.

Optime de literis meritus es.

De me nihil es meritus, neq; bene, neq; male.

Passiua.

Passiuis additur ablatiuus agentis, sed accedete præpositione, a, uel, ab. Ord. VIII

Rideris ab omnibus.

Additur aliquando datiuus absq; præpositione.

Amaris omnibus uel ab omnibus.

Accusatiuus patientis uertitur in nominatiuum.

Pater castigat filium. Filius castigatur a patre.

Cæteri casus fere omnes manent in passiuis, qui fuerant actiuorum.

d Doceris

DE CONSTRUCTIONE

Doceris a me grammaticam.
Accusaberis furti. Habebis ludibrio.
Priuaberis magistratu.

Quæ per se passiuæ uocantur, construuntur quemadmodum & illa.

Venit a domino. Vapulabis a præceptore.

Quid fiet ab illo?

Vescor & cætera.

Ordo IX. Vescor carnibus. Hic uicitat lacte.

Vtor homine familiariter. Inuenitur, &, Vtor hanc rem, & abutor operam. Fruor tuo conspectu.

Ettuo fretus auxilio. De potior dictum est.

Fungitur magistratu. Defunctus est uita.

Appendix prima.

Præpositio subaudita facit, ut ablatiuus recte addatur.

Habeo te loco parentis.

Est mihi uice filij, id est, in loco, in uice.

Apparuit illi humana facie.

Discessit magistratu.

Infinita. Appendix. II.

Quibusdam familiariter adduntur uerba infinita.

Solet, debet, coepit, optat, gaudet laudari.

Amat uideri diues. Studet metui.

Nam figurate ponuntur, ut a nullo pendeant.

Hæcine fieri flagitia? Et uenari pro uenabatur.

Diuersi

GERVNDIORVM.

Diuerſi caſus eidem additi uerboꝝ

Appendix. III.

Nihil uetat quo minus eidē uerbo diuerſi caſus apponantur diuerſæ rationis.

Dedit mihi ueſtē hāc pignori, te præſente, ppria manu.

Nam ueſtē, additur tanq̃ꝫ tranſitiuo,

Mihi, tanq̃ꝫ acquiſitiuo.

Pignori, ex eorum eſt forma, quæ reſoluuntur per ad, uel in, præpoſitionem, id eſt, in pignus.

Te præſente, ablatiuus eſt abſolutus.

Manu, inſtrumentalis.

Gerundia.

Gerundia omnia eoſdē ferme caſus admittunt poſt ſe, quos habent uerba a quibus deducuntur.

Ad diſcendū literas, ad ſeruiēdū tibi, ad fruēdū amicoꝝ.

In di.

Gerundia in di, ante ſe habent hæc nomina, gratia, cauſa, prætextu, occaſione, titulo, ocium, facultas, licentia, ars, aut ſimile nomen ſubſtantiuum.

Veni huc cauſa uiſendi te.

Non erat copia conueniendi hominem.

Ars dicendi.

Nonnunq̃ꝫ præcedit adiectiuum.

Cupidus uiſendi te. Gnarus bellandi.

Certus eundi. Imperitus nauigandi.

Peritus medicandi.

d ij In dum

DE CONSTRUCTIONE

In dum.

Gerundijs in dum præponit præpositio ad, uel inter. Ad colloquendum tecum.

Inter cœnandum, hoc mihi uenit in mentem.

Reperitur & ante damnandum.

Cum significamus necessitatē, sine præpositiōe usurpantur, addito substantiuo uerbo.

Vigilandum est ei, qui cupiat uincere.

In do.

Gerundia in do pendent a præpositione in, uel ab, siue dictione quæ requirit ablatiuum, ut

In consultando locus est eloquentiæ.

In pugnando uiribus est opus.

Reuersus a uenando, siue a uenatu.

Tacendo refellis, id est, tacens refellis.

Scribendo disces scribere. Romanus sedendo uincit.

Gerundiua nomina.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua, ut

Causa uisendi te, & causa uisendi tui.

Ad discendum literas, & ad discendas literas.

Legendo libros doctus euades. Et legendis libris doctus euades.

Supina in tum.

Prima supina sequuntur uerbum, significans motū ad locum, ut, Abijt piscatum, id est, ad piscandum.

Admittunt post se eosdē casus quos uerba ipsorum.

Absolute

Absolute posita.

Ponuntur & absolute cum uerbo, est:

Pugnatū est. Actū est. Dormitū est. Cessatū est satis.

Supina in tu.

Supina in tu passiuæ significationis ferme sunt.

Adhærent nominibus adiectiuis, ut Turpe dictu.

Miserabile uisu. Difficile creditu.

Prodiue factu, id est, ad faciendum.

Nam in his, Surgit cubitu, redit uenatu, nomina potius censenda sunt, q̄ supina.

De participijs.

Participia sequuntur constructionem uerborum, a quibus deriuantur.

Donaturus tibi uestem. Donaturus te ueste.

Consulens tibi. Fruiturus te.

Diligendus ab omnibus. Quanq̄ in his usitator est datiuus. Diligendus omnibus.

Participia facta nomina.

Cum transeunt in naturam nominum, genitiuum postulant, ut amans uini, fugitans litium.

Cupiens tui. Sitiens auri. peritus belli.

Et sine casu, ut uir potens, eloquens.

Tunc & comparisonem accipiunt more nominum in ens, uel in tus desinentia.

Cupientior famæ q̄ auri. Cupientissimus tui.

Nulli desyderatior q̄ mihi. Desyderatissimus patriæ

d iij Participia

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

Participia facta nomina compositione

Quæ compositione fiunt nomina, genitiuū asciscūt.
Indoctus pilæ. Inexpertus belli.

Quanc̄ & horum simplicia simili modo usurpantur.

De nominibus uerbalibus.

Ordo I.

Omnia fere uerbalia genitiuum admittunt, qui uer-
bis erat accusatiuus. Colo agrum.

Cultor, cultrix agri, cultus agri, cultura agri.

Bibo uinum. Bibax uini.

Cupio laudem. Cupidus laudis.

Item quæ sunt affinia his, ut, auarus laudis.

Ignarus omnium. Studiosus tui. Securus amorum;

In bilis.

Ordo II.

Verbalia in bilis accepta passiuè, datiuo gaudent, ut
participia in dus. Flebilis, formidabilis omnibus,
id est, flendus, formidandus omnibus,

Ordo I. Genitiuus additus nomini.

Nomina substantiua quæ significāt posses-
sorem, mensuram, siue numerum, aut relatio-
nem ad aliquid, genitiuum exigunt, ut

Arma Achillis.

Mille nummum.

Cyathus uini.

Duo milia peditum.

Modius tritici.

Par calceamentorum.

Vncia auri.

Iugum aquilarum.

Vlna panni.

Tres decades quæstionū

Vxor petri.

Amicus patris.

Comes

CVM GENITIVO.

Comes Vlyffis. Princeps patriæ.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuũ, acceden-
te uerbo, est. Hic est tibi pater.

Huic focer, illi consul.

Attributiua.

Cum significatur aliquid inesse, siue adesse cuiuspiam, Ordo II.
quod ad laudẽ, seu uituperiũ pertinet trifariã efferim⁹.

Puer bonæ indolis. Vir maximi nasi.

Puer bona indole. Vir maximo naso.

Puer bonus indole. Vir maximus naso.

Et indolem, poetice. Et nasum, poetice.

Species & genus.

Species subiicitur generi in genitiuo, siue in eodem Ordo III.
casu, per appositionem.

Nomen Catonis in te non quadrat.

Crimen læsæ maiestatis.

Cum essemus in terra Italiæ, siue Italia.

In urbe Romæ, siue Roma.

Substantiue posita.

Quædam adiectiua substantiue posita, genitiuum Ordo III.
admittunt, ut Multum lucri.

Paulum pecuniæ.

Quid habes negocij?

Quantum habebis pecuniæ, tantũdem habebis fidei.

Plurimum uini. Minimum aquæ.

Item pronomina quædam.

Hoc

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

Hoc negocij. Id operis. Quid illud mali.

Appositio

Appositio.

In summa quoties substantiuum, quacunq; ratione refertur ad alterum substantiuum, additur in genitiuo, nisi addatur appositiuæ. Nam tum satis est, si concordet in casu, etiam si numero & genere dissideat.

Abstulisti Maronem meas delicias.

De adiectiuis & substantiuis.

Adiectiua nomina, participia, pronomina, concordant cū suis substantiuis, in numero, genere, & casu, ut Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt.

Istam fortunam tui mores promeruerunt.

Adiunctio.

Cum plura substantiua, diuersi etiam numeri ac generis, ad unum adiectiuum referuntur, his ferme modis efferri solent.

Gloria non est expetenda, neq; diuitiæ, ut in medio ponas ad quod referuntur partes.

Non est expetenda gloria, neq; diuitiæ, ut præponas.

Gloria & diuitiæ non sunt expetendæ, ut post positum conueniat cum proximo.

Gloria, diuitiæ, genus, non sunt expetenda, ut subaudias, ista, idq; neutro genere.

Relatiua.

Relatiuum Qui, conuenit cum antecedente in numero, & genere. Placuerunt literæ quas ad me dedisti.

Nisi

CVM GENITIVO.

Nisi figurate loquamur. Quas ad me dedisti literas
magnopere placuerunt.

Comparatiua.

Comparatiua & superlatiua genitiuum exigunt, ut

Ordo V:

Sum minor fratrum, de duobus.

Sum minimus fratrum, de pluribus.

Et tū exponunt per inter. Inter fratres, uel ex fratribus.

Nā cōparatiua cū exponunt per quibus, ablatiuū asciscūt.

Præstantior te. Eloquentior omnibus, præter quibus Cicero, id est, quibus Cicero.

Additur & alter ablatiuus significās modū excessus.

Est maior te quatuor annis.

Digito lato te procerior. Multo potior.

Multo & longe apponuntur & superlatiuis.

Multo omniū doctissimus. Longe pessimus omniū.

Distributiua & partitiua.

Item nomina partitiua, aut partitiue posita, uelut

Ordo VI.

Quisq; quisquis, quicūq;, quidam, quis interrogatiuū,

& quis pro aliquis, aliquis, uterq;, neuter, uteruis, uter-

cunq;, nemo, nullus, solus, unus, medius.

Quisq; huius nationis. Vnumquodq; animantium.

Prouocat unum quemlibet uestrum.

Vtrum horum mauis accipe.

Exponuntur per inter, uel ex. Vnus omnium, id est, so-

lus omnium. Medius duorum, id est, inter duos, & Di-

midium animæ.

e Item

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

Item alter, alius, & his æquipollentia pronomina hic
& ille, & aduerbium partim.

Appendix I.

Quantus in his genitiuis significans totum, in alium
casum sæpe uertitur.

Quis hominum uidit? Et quis homo uidit?

Neuter Catonum. Et neuter Cato.

Animantum uel animantia, alia sunt uolatilia, alia reptilia.

Appendix II.

Ad hanc formam pertinent, Quotus, Quotusquisque
ordinem significantia numeralia.

Quotus eras conuiuiarum, seu conuiuia?

Quintus regum Romanorum, id est inter reges.

Sapientum octauus.

Quantus in hoc postremo, non tam ordinem significat, quam
numerum simpliciter, ut in illo. Dic quotus esse uelis.

Datiuus post nomen.

Commodi aut incommodi.

Ordo I.

Adiectiua quæ commodum, aut incommodum si-
gnificant, aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt,
ut Rem mihi permolestam, mihi iucundam, tibi perni-
ciosam, mihi salutarem.

Relatiua.

Aptus, accommodus, idoneus, utilis, inutilis bello si-
ue ad bellum.

Natus gloriæ, & ad gloriam. Obnoxius illi.

Amicus

CVM ACCVSATIVO.

Amicus huic & huius.

Similis, dissimilis huic & huius.

Diuersus huic uel ab hoc:

Affinis, cognatus huic uel huius.

Nam cum huiusmodi substantiue capiuntur, geniti-
tuo magis gaudent.

Accusatiuus post nomen.

Spacij mensura.

Quæ certum magnitudinis modum significant, accu- Ordo I.
satiuum admittunt. Longus, latus, altus, crassus.

Turris alta trecentos pedes.

Liber crassus tres digitos, siue trium digitorum crassi-
tudine, & ducentorum pedum altitudine.

Circuitiois uis.

Quædam per circumlocutionem accusatiuum admit- Ordo II.
tunt, ut non sum id nescius, id est, non ignoro.

Cuius generis sunt & illa. Eius rei mihi uenit in men-
tem, id est, recordatus sum.

Et id mihi anus indicium fecit, id est, indicauit.

Et opus est mihi hac re.

Ablatiuus post nomen.

Dignus & indignus ablatiuum asciscunt.

Dignus honore, Dignum est illo. Dicimus tamen,

Dignus ut honoretur. Dignus quem omnes honorēt.

Et dignus honorari ab omnibus.

Itē uacuus, onustus. Vacuus curis. Onustus diuitijs.

e ij Pauper

Pauper, diues, plenus inanis, etiam genitiuum admittunt.

Pronominum constructio.

Genitiui primitiuorum.

Mei, tui, sui, nostri, uestri, genitiui primitiuorum ponuntur cum passio significatur. Nam cum actio, ad duntur possessiua, Meus, tuus, suus, noster, uester.

Languet desyderio tui, nempe quo tu desyderaris. Fa uet desyderio tuo, quo tu desyderas.

Item, pars tua, quæ tibi debetur.

Pars tui, id est, manus aut pes, corpus, animus.

Imago tua, quam tu possides.

Imago tui, quæ te representat.

Aliquoties utrunq; coniungitur, ut nostra tui memo ria, id est, quam nos de te habemus.

Possessiua pronomina.

Possessiua adiectiua sunt, & non recusant aliquâdo genitiuum.

Mea ipsius causa. Tua solius unius.

Meos flentis oculos.

Nostrum & uestrum.

Nostrum & uestrum genitiui plurales, gaudent nominibus distributiuis, aut partitiuis, ut nemo uestrum, Vnusquisq; nostrum, id est, ex nobis.

Item comparatiuis & superlatiuis, ut maior uestrum, Maximus natu nostrum.

Reciproca

Reciproca.

Sui, Sibi, Suus, a, um, non nisi reciproce ponuntur.
hoc est, ut reflectantur ad id, quod præcessit in eadem
orationis parte, aut annexa per copulam.

Ille sibi placet. Petrus odit suos.

Orat, ut suo faueas filio.

Demonstratiua.

Demonstratiua cum substantiue ponuntur, admit-
tunt genitiuum, ut dictum est. Hoc noctis.

Idem temporis. Illud accessit mali.

Idem cum datiuo.

Idem datiuũ adiungit, uel ablatiuum interueniente
præpositione.

Idem facit occidenti, id est, quod occidens.

Idem huic, aut idem cum hoc.

Nominatiuus post aduerbium.

En & ecce demonstrantis, nominatiuo seu accusati-
uo iunguntur. En quatuor aras. Ecce rem.

En lupus in fabula. En exprobantis, accusatiuo gau-
det. En animum & mentem.

Genitiuus post aduerbium.

Superlatiua genitiuum exigunt. Pessime omniũ.
dixit. Qui omnium optime fecit.

Ordo I.

Aduerbia loci ac temporis.

e iij Adduntur

DE CONSTRUCTIONE

- Ordo II. Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme
hi. Vbi gentium.
Eo impudentiæ uentum est. Quo terrarum.
Nusq̃ gentium. Huccine rerum uenimus?
Vbiuis, quouis terrarum.
Eo loci redacta est. Tunc temporis.
Nam minime gentium monadicon est, genitiuo fe-
stiuitatis causa addito.

Pridie, postridie.

- Ordo III. Pridie Calendarum siue calendas.
Postridie eius diei. Postridie q̃ uenires.
Postridie q̃ discesseras.

Instar.

- Ordo IIII. Instar montis. Instar pecudis.
It em parum, multum, satis, abunde, uini, uice nominũ
poni uidentur.

Datiuus post aduerbium.

Quædam datiuum admittunt nominum, unde de-
ducta sunt.

Venit obuiam illi. Nam obuius illi dicitur.

Canit similiter huic. Nam similis huic.

Et sibi inutiliter. Sedet proximi illi.

Propinquius tibi sedet q̃ mihi.

Accusatiuus post aduerbium.

Sunt quæ accusandi casum admittunt præpositio-
nis, unde sunt profecta.

Propius

ADVERBIORVM

Propius urbem, & proxime castra.

Ablatiuus post aduerbium.

Quæ comparantur, constructionem habent compa Ordo I.
ratiuorum nominum.

Accessi propius te, id est, t̄p tu. Melius te dicit, id est, t̄p
tu. Plus quingentis colaphis, & plus milies.

Procul & cætera.

Proculdubio, & procul ab urbe. Clam patre. Ordo II.
Palam omnibus. Coram omnibus.

Aduerbij constructio.

Hic, illic, istic, intus, alibi, ubi, ubiq̄, ubicũq̄, ubilibet, Ordo I.
ubiuis, alicui, necubi, sicubi, Ibi, inibi, ibidem, referunt
ad quietem in loco.

Huc, illuc & cætera.

Huc, illuc, istuc, intro, alio, aliquo, nequo, siquo, eo, eo/
dem, quolibet, quouis, quocunq̄, foras, horsum, alior- Ordo II.
sum, dextrorsum, sinistrorsum.

Sursum, deorsum & cætera.

Sursum, deorsum, utroq̄, neutro, quoquouersum,
referuntur ad motionem ad locum.

Hinc, illinc & cætera.

Hinc, illinc, istinc, aliunde, alicunde, sicunde, necunde, Ordo III.
Indidem, unde, undelibet, undeuis, undecũq̄, utrinq̄,
referuntur ad motum e loco.

Hac, illac & cætera.

Hac, illac, istac, alia, aliqua, qua, siqua, nequa, referun/
tur ad Ordo III.

DE CONSTRUCTIONE

tur ad motionem per locum.

Variantia.

Hæc uariant, Foris cœnat, & foris uenit.
Peregre uiuit, peregre redijt, peregre abiit.
Nusq̃ apparet.
Nusq̃ discedet.

Quibus modis uerborum, quæq̃
congruant aduerbia.

Vbi, postq̃.

Vbi, postq̃, cum aduerbia temporis, interdū indica-
tiuis, interdum subiunctiuis uerbis apponuntur, ut cū
aderit, & cum uenerit.

Simul & cætera.

Simul, simulac, simulatq̃, magis gaudent subiuncti-
uis. Simul atq̃ adoleuerit ætas.

Vt.

Vt pro postq̃. Indicatio gaudet adiungi, ut uentū
est in urbem.

Quemadmodum & cætera.

Quemadmodum, ut, utcunq̃, sicut, utrunq̃ modū
admittunt, ut salutabis, ita resalutaberis, ut sementem
feceris, ita & metes.

Quasi & cætera.

Quasi, ceu, tanq̃, perinde, acsi, haud secus acsi, cum
proprium habent uerbum, subiunctiuis gaudent ap-
poni

ADVERBIORVM

poni. Tanq̄ feceris ipse aliquid.

Quasi non norimus inter nos.

Alias copulant consimiles casus. Noui hominem tanq̄ te. Arridet mihi quasi amico.

Ne, Non.

Ne prohibentis, uel imperatiuis uel subiunctiuis ad-
ditur. Ne nega. Ne dixeris.

Non, uerbis imperatiuis non recte apponitur.

Ne, An, Num.

Ne cum est interrogantis indicatiuum amat.

Superest ne, & uescitur aura.

Similiter & An & Num.

At eadem cum accipiuntur dubitatiue, siue indefi-
nite, subiunctiuum postulant. Vise num redierit.

Nihil refert, feceris ne, an persuaseris.

Pene & similia.

Pene, prope, propemodum, tantumnon, modonon,
unico uerbo, seu alia dictione contenta sunt.

Propemodum insaniebat.

Tantumnon insaniebat.

Modonon montes auri pollicebatur.

Aduerbiium relatum non ad uerbum.

Aduerbiium aliquoties refertur non ad uerbum, sed
aliam orationis partem.

Homo egregie impudens. Ne parum sis leno,

Admodum puella, admodum anus.

f Aliquoties

DE CONSTRUCTIONE

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio.

Non admodum pulchre. Parum laute.

Quant̃z & similia.

Quant̃z, tametsi, etsi, etiamsi, frequentius adiunguntur indicatiuis. Quamuis & licet subiunctiuis, Etiamsi cum utrisq; cohærent.

Vt pro quamuis semper subiunctiuum flagitat.
Serui ut taceant, iumenta loquentur.

Aliquoties ad aliam orationis partem referuntur, non ad uerbum. Complectitur hominem, quibus male uolentem, etiamsi pessime de se meritum.

Nisi, cum similibus.

Ni, nisi, si, siquidem, quia, & indicatiuis & subiunctiuis adhæret. Nisi facies. Nisi feceris. Quod bene uales gaudio. Quod redieris incolumis gaudeo. Non quia sic merui. Non quia sit pauper, sed quod sit improbus.

Quando & cætera.

Quando, & quandoquidem, quatinus, indicatiuum exigunt. Et frequenter sequuntur causam, cum reliquæ huius ordinis frequentius præcedant. Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum. Ipse periculum facito, quoniam mihi non credis.

Quippe.

Quippe item cum proprium habet uerbum.

Danda

CONIUNCTIONVM

Danda est huic uenia, quippe ægrotat.

Quippe qui, Ut qui.

Si addideris qui, utrunq; admittit modum.

Vt qui plerunq; subiunctiuus adhæret.

Non est huic habēda fides, quippe qui bis iam peiera
uit, siue peierarit. Ut qui peierarit,

Qui.

Qui, cum habet uim causalem, semper adhæret sub-
iunctiuo.

Stultus es qui huic credas, id est, quod uel quia credis.

Vt, Vtpote.

Vt & Vtpote, proprium uerbum nunq; habent.

Odi Petrum, ut in omnes maledicū. Vtpote in omnes
maledicum.

Tum tum. Cum tum.

Et Tum tum, Cum tum, similes modos copulant.

In uerbis indeclinabilibus similes casus.

Odit tum literas, tum uirtutem.

Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Mar-
cellum.

Præpositionum constructio.

Præpositio uersa in aduerbium.

Præpositiones quæ citra casum ullum usurpantur in
aduerbiorum naturam transeunt.

f ij Extra

DE CONSTRUCTIONE

Extra meiete. An mare quod supra memorē, quod
q̄ alluit infra? Prope abest.

Quemadmodum rursus & aduerbia quædam acce-
dente casu, in præpositiones transeunt, ut
Procul, Coram, Clam, Palam.

Casus præpositionum.

Quædam accusatiuum exigunt, ut intra parietes.
Extra uallum. Quædam ablatiuum, ut ab urbe.
Quædam utrunq̄, sed non eodem sensu.

In.

Varij casus præpositionum earundem.

In, cum significatur actus in loco, desyderat ablatiuū,
In animo est, in foro uerfatur.

In pro erga, accusandi casum habet.

Optimo in te animo.

Item in pro contra. In omnes maledicus:

In pro ad. In hoc incumbite. In hoc natus sum.

In mercatum abiit.

Sub.

Sub nocte, id est, in nocte.

Sub noctem, id est, instante nocte.

Sub ea, id est post ea.

Item sub, additum uerbo motus ad locum, accusati-
uum exigit.

Sub umbram properemus.

Sub

PRAEPOSITIONVM.

Sub cum uerbo quietis, ablatiuum requirit.

Sub lodice. Sub umbra.

Super.

Super numerum ingenuorum, id est, ultra numerum.

Super hæc omnia, id est, præter hæc omnia.

Super Priamo, id est, de Priamo.

Super arbore sidunt, id est, in arbore.

Tenus.

Tenus gaudet ablatiuo singulari, genitiuo plurali.

Pube tenus. Crurum tenus.

Sed hæc uidentur ueluti composita, quemadmodum
& illa. Haftenus, Eatenus, Quatenus.

Uersus.

Postponitur & uersus suo casui.

Romam uersus iter est.

Usq;.

Usq;, raro sine altera præpositione reperitur, & signi-
ficat temporis aut loci magnitudinem.

Ad multam usq; noctem. Ab extrema usq; India.

Usurpat & aduerbialiter, pro semper, siue continenter.

A.

A præponitur dictionibus incipientibus a consonante.
A foro. A castris.

Ab.

f iij Ab

DE CONSTRUCTIONE

Ab, incipientibus a uocali. Ab omnibus. Nisi sint li-
quidæ aut I consonans. Ab Ioue. Ab rege:

Abs.

Præpositiones semper compositæ.

Sunt quæ non inueniantur extra compositionem.
Di, Dis, Re, Se, An, Con, Diduco, Dissipo, Refero, Se-
iungo, Ambigo, Conuenio.

Con præpositio.

Con ex quibusdam neutris facit transitua.
Comminxit lectum. Conspuit hominem.
Concacauit. Compluit. Conuomuit maritum.

De.

Deiçio, id est, ex alto iacio. Deamo, id est, ualde
amo.

Desipit, id est, sapere desijt. Deferbuit atas.

Reclamat, id est, contra clamat.

Repetit, id est, denuo petit.

Retegit, id est, quod tectum est, aperit. ..

De constructione interiectionum.

O.

O exclamantis, admittit uocatiuum, nominatiuum,
& accusatiuum. O dij immortales.

O uir fortis. O insignem impudentiam. Subaudiç
autem frequenter, ut singularem impudentiam.

Heu, proh, & cætera.

Heu pietas. Heu stirpem inuisam.

Proh

INTERIECTIONVM

Proh Iupiter, & proh deum atq; hominum fidem.
Hei mihi. Veh tibi. Ah tibi.

Cedo.

Cedo flagitantis exhiberi, accusatiuum habet.
Cedo manum. Cedo senem.

Amabo, Obsecro, & cætera.

Amabo & obsecro blandientis. Sodes & sultis hor-
tantis uerba sunt, & in interiectionis naturã uersa, quẽ
admodum & Age.

LIBELLI DE OCTO PARTIVM
CONSTRUCTIONE
FINIS.

Basileæ pro Ioanne Erasmo Frobenio.
Io. filio. Mense Septēbri.
An. M. D. XVII.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

LIBRARY OF
CONGRESS

UNIVERSITY OF
MICHIGAN



